UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XXIX. De Clerico per saltum promoto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

De Clerico non ordinato miniſtrante.

TIT. XXVIII.

Quomodo punitur talis Clericus

FIt perpetuò irregularis ad ſuſceptionem ejus Ordinis: in quo non ordinatus miniſtravit, & præterea ab Eccleſia abjiciendus ſeu excommunicandus eſt. Beneficium tamen Eccleſiaſticum ei non eſt auferendum, ut habeat, unde vivat. Hodie ex Conſtit. Clementis VIII. quilibet non Sacerdos dicens Miſſam, aut confeſſionem Sacramentalem excipiens, ab Eccleſia abjicitur, & ab Ordinibus, ſi quos habet, ritè degradatus, jubetur tradi Curiæ ſæculari debitis pœnis plectendus.

c. 1 & 2. h. t. d. c. 2. An. 1601. 1. Decemb.

De Clerico per ſaltum promoto.

TIT. XXIX.

Ordines Eccleſiaſtici non niſi gradatim & diſtinctis intervallis temporum

ad. tit. de tempori. ordin.

rum conferri poſſunt, ut dictum ſupra.

Quis dicitur promotus per ſaltum?

QUi præmiſſo Ordine inferiori ad ſuperiorem aliquem ſua negligentiâ aſcenderit, ut ſi nondum Diaconus ſacerdotio initietur.

Quæ pœna eſt ſic promoti.

Talis tamdiu ab uſu & executione ſic ſuſcepti Ordinis ſuſpenditur, donec omiſſus Ordo inferior ſuppleatur. Et hoc, ſi ſua negligentiâ, ut dixi ignoranter ad Ordinem ſuperiorem aſcenderit: non ſi ſcienter, quia tunc non eſt ordinandus, ut dictum eſt de non ordinatos quia idem eſt, non eſſe ordinatum, & non eſſe ritè ordinatum.

c. un. h. t. & can. un. diſt. 52.

De eo, qui furtivè Ordinem ſuſceperit.

TIT. XXX.

Quis qualiter furtivè Ordinem ſuſcipere dicitur?

QUi ſuſceperit Ordinem aliquem Eccleſiaſticū ſine prævio examine, & ſine prævia admiſſione ad illū Ordi-